



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

18. De funesto interitus Menelai sacrilegi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

536 COLLATION. SACRAR.
tam ciuitatem iubet circunduci: & in eodem
loco, in quo in Oniam impietatem commise-
rat, sacri legum vita priuari, Domino illi
dignam retribuente poenam.

Ex eod. lib. 2. cap. 4. & 8. Machabeorum. Lysimachus multis in templo commissis sacrilegijs, ararium interficitur. Callisthenes, cum sacras ianuas incendisset, incendio consumitur.

CAP. XVII.

Multis sacrilegijs in templo à Lysimachis commissis, Menelai consilio, & diuulgata fama, congregata est multitudo aduersus Lysimachum, multo iam auro exportato. Tunc illis autem insurgentibus, & animis iracundis, Lysimachus armatis ferè tribus millibus, quibus quis manibus uti cepit, duce quodam tyranno, arate pariter & dementia prouecto. Sed illi intellexerunt conatum Lysimachi, alij lapides, alij fustes validos arripuerunt: quidam quoque cinerem in Lysimachum iecerunt: Et multi quidem vulnerati, quidam autem & prostrati. Omnes verò in fugam conuersi sunt. Is enim etiam sacrilegum secus ararium interfecerat. (3. Mach. 8.) Et cum epinicia agerent in Hierosolymis, eos qui sacras ianuas incenderunt, ad Callisthenem, cum in quoddam domicilio se refugissent, incenderunt, digna illis mercede pro impietatibus suis reddita.

Ex 2. Machabeorum cap. 13. De funesto interitu Menelai sacrilegi.

CAP. XVIII.

CVM Antiochus Eupator veniret cū multitudi-
ne magna contra Iudæam, commi-
sit illis & Menelaus: & cum multa fallacia
deprecabatur Antiochum, non pro patria sa-
rare, sed sperans se constitui in principatum.
Sed rex regum suscitavit animos Antiochi in
peccatorem: & suggerente Lysia, hunc esse cau-
sam omnium malorum, iussit (vt eis est con-
suetudo) comprehensum in eodem loco ne-
cari. Erat autem in eodē loco turris quinquaginta
cubitum, aggestum vndique habens
cineris: hæc prospectum habebat in præcep-
tū. Inde in cinerem iussit deijci sacrilegum, omni-
bus eum propellentibus ad interitum. Et tali
lege præuicatore Legem contigit mori, nec
tunc dari Menelaum. Et quidem satis iuste.
Nam quia multa erga aram Dei delicta com-
misit, cuius ignis & cinis erat sanctus, ipse in
cineris morte damnatus est.

*Ex 2. Machabeorum cap. 14. & 15. De Nicanore, qui
iurabat se templū Domini Libero patri dedicaturū,
& Deum sabbati auctorē spernebat, eiusq; interitum.*

CAP. XIX.

Nicanor cū venisset ad maximum & san-
ctissimum templum: & sacerdotibus soli-
tas hostias offerentibus, iussit tradi sibi Iudam.
Quibus cum iuramento dicentibus, nescire se
vbi esset, extendens manum ad templum, iu-
rauit, dicens: Nisi mihi Iudam vincrum tradi-
deritis,